nias[a] vulgus inprudens deseret[1], tuus versutus filius eos inter angustias apprehendet[b].

Onus Elam[c, 2].

Romanos Urbis[d] primos, quos Eneas profugus edidit, et in cede sanguineos et in potestate sonoros — concordes — effigiant[e] Elamite, quia, etsi in eis Christus arbiter[f] ecclesie posuerit solium[3], tamen[g], ut eorum calvitium detegat, prede patebunt unguium[h] novorum principis Chaldeorum.

Onus Ninive[4].

Onus istud[i] orientales innuit populos et[k] linguis dissonos et morum feditate respersos[l], in quos velut in[m] reprobos, a Christianis cultibus alienos, eo de[n] abysso bestia[5] saliens bellicos[o] ungues exacuet[p], quo[q] eam[r] divinus furor accelerans absque spe aliqua prestabilis[s] pietatis impellet[t].

Onus terre Çamri[u, 6].

Indifferenter Yspanie populos pondus istud[v] amplectitur, quorum licet[w] aliqui[x] contra Mauros ex parte prevalent[y], tandem tamen ipsi ut de calice Babylonis insaniant[z], voluntarii necesse est[a] fecem bibant[7]; futurum profecto est, ut, qui diu[b] ritus illorum[c] orribiles ex socia

---

a) 'latinus' B; 'lasciuias' RH. b) 'deprehendet' BH. c) 'Elayn' H. d) 'Urbis romane' RH. e) 'effugiant' VH. — 'elamitate' R. f) 'abiecte' RH. g) 'tā' V. h) 'unguibus' B; 'uirginum' H. i) 'i[d] (illud)' V; 'hoc' RH. k) 'et' fehlt RH. l) 'repersos' R. m) 'in' fehlt RH. n) 'eodem' ? B. o) 'bellicas' B. p) 'excutiet' H. q) 'quos' R. r) 'eos' RH. s) 'prest.' fehlt RH. t) 'inuoluet' RH. u) 'Zamri' VR; 'Zambri' H. v) 'i[d] (illud)' V; 'Onus ('Honus' R) hoc ysp. ('hisp.' H) pop. indiff.' RH. w) 'quia et si' RH. x) 'ipsi' H. y) 'preualeant' B. z) 'insanient' H. a) 'ut' setzen zu RH. b) 'quidem' R. c) 'eorum' V. — 'horribilis' H.

1) Gen. 39, 12: 'apprehensa lacinia vestimenti eius (Ioseph) . . . . Qui relicto in manu eius pallio fugit'. 2) Vgl. Jerem. 49, 34 ff. 3) Jerem. 49, 38: 'Et ponam solium meum in Aelam et perdam inde reges et principes'. 4) Nahum 1, 1. 5) Apoc. 11, 7: 'bestia, quae ascendit de abysso, faciet adversum eos bellum et vincet illos et occidet eos'. 6) Vgl. Jerem. 25, 25. 7) Is. 51, 17: 'quae bibisti de manu Domini calicem irae eius . . . et potasti usque ad faeces'; Ezech. 23, 33. 34: 'Ebrietate . . . repleberis . . . calice sororis tuae Samariae. Et bibes illum et epotabis usque ad faeces'.